



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

III. De Iusticia fidei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

De causis mortis, & omnium misericordiarum huma-  
narum.

De promissione uenturi Seminis, quo placanda  
erat uera & ingens ira Dei.

De delendo peccato.

De restitutione uitæ æternæ.

De Fide accipiente remissionem peccatorum, &  
uitam æternam.

De discrimine actionum bonarum & malarum  
diuinitus insito naturæ hominum.

De discrimine huius naturalis noticie & pro-  
missionis prolate ex arcano sinu æterni Patris de  
Semine.

De futuro iudicio uniuersi generis humani.

Item, de suis sacrificijs, quæ docebant uincula es-  
se publicorum congressuum, in quibus doctrinam de  
promissione propagari necesse esset, & picturas esse  
commonefacientes de maculatione uenturi Agni, hoc  
est, promissi Seminis &c.

### I I I . Locus.

## D E I V S T I C I A fidei.

Ebræ. 11. dicitur. Fide Abel meliorem hostiam,  
quam Cain, Deo obtulit, per quam (Fidem) testimo-  
nio diuino pronunciatus est esse iustus, testificante  
super

super donarijs ipsius Deo, & per hanc mortuam  
huc loquitur.

Per spicue hoc dicto asseuerat Paulus, personam  
Abelis coram Deo iustum, id est, acceptam esse, &  
noua ac eterna uita donari, non propter propria  
uirtutes, merita, aut sacrificia, sed per solam fidem.  
hoc est, fiduciam in merito et sacrificio promissi de  
minis adquiescentem. Certissimum est igitur Adau  
Abel, Seth, & omnes electos omnibus temporibus  
coram Deo iustificari, hoc est, accipere remisio  
nem peccatorum, & reputari seu pronunciari i  
stos, id est, acceptos & Deo placentes, non prop  
er dignitate, sed Gratiis sola Fide, que est non solum i  
ticia promissionis, et totius doctrinae a Deo nobis i  
dite, sed etiam assensus, quo amplectimur promissio  
nem reconciliationis seu imputationis iusticie pro  
pter Christum donandae, & fiducia, iuxta promissio  
nem, in Christo acquiescens.

Cum autem dicitur Abelum uel Paulum fidei  
stum esse, haec propositio correlatiue intelligi  
est, de obiecto seu termino fidei, hoc est, Christo  
diatore monstrato in promissione reconciliationis  
quam fides apprehendit & nobis applicat. Sol  
enim Christi meritum impulsua, & principalis  
estre iustificationis causa est. Sed haec propositio  
Fides iustificat, tribuitur iustificatio causa iug  
mentalii, ut utrumque sciamus, & dari reconciliatio  
nem ac iusticiam propter solum filium Dei, &

C A P V T III.

151

beneficium fide apprehendendum & nobis applicandum esse.

Ideoq; & exclusivas particulas, Gratis, sine operibus, sola fide, necesse est retineri, ut debitus honos redemptionis filio Dei tribuantur, conscientiae in vera poenitentia certam & firmam consolationem habent. Excludunt enim haec particulae reliquas uirtutes, non ut non adsint, sed ut non sint cause reconciliationis, & transferunt causam in solum Christum Mediatorem fide apprehensum.

III. Locus.

DE BONIS OPERIBUS seu de inchoata obedientia.

Iusticiam fidei necessario sequi debet noua obedientia interior seu exterior, quam & precipi diuitus, & in persona fide iustificata Deo placere & ornari præmijs, duo huius cap. testimonia ostendunt, uidelicet, Respxit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Et prima concio habita ad Cain, quæ hoc modo iuxta Ebræi sermonis proprietatem transferenda est.

Si bonus fueris erit acceptio, sin autem malus fueris, peccatum tuum quiescet, donec reuelabitur. Ad te erit appetitus eius, & tu dominaberis ei.

Estq;